

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Hospitale.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

*Vide Eiicere à Religione.*

**R**eligiosum homicidam, aut patricidam & fraticidam ius non præcipit tradi brachio sæculari, sed alia gravi pœna affici. *to. 2. q. 34. a. 1.*

Percutiens Magistratum, Gubernatores, Capitaneum, &c. capite plectredus est secundum leges. Ergo percutiens Superiorem Prælatum, & Guardianum, enormiter potest eiici à Religione. Vbi tamen non videntur comprehendendi ij, qui enormiter Vicarios Guardianorum, aut Diffinitores percutiunt. *art. 2. Vide Eiicere à Religione.*

### HOSPITALE.

**C**oncil. Trid. agens de hospitalariis, *sess. 7. cap. 15. & sess. 25. cap. 8.* comprehendit indifferenter sæculares, & Regulares etiam exemptos. Tamen in quinque casibus Religiosi non comprehenduntur in Clementina *Quia contigit. de Religio-* dom. *Vide ibi Glossam. tom. 2. q. 84. art. 1. & 2.*

Hospitantes in Hispania Fratres  
Minorés

IEIVNIVM. 217

Minores habent multa priuilegia  
regalia, quæ Hispánicè scripta *Vide*  
*tom. 3. quest. 40. art. 2.* Inter quæ  
vnum est, quod non tenentur con-  
tribuere id quod alij ciues contri-  
buunt pro militibus accommodan-  
dis, *ibid.*

IEIVNIVM.

*Vide Prædicare, Quadragesima.*

Tinerans pedestris, conficiens iter  
sex leucarum, communiter à D D.  
excusatur à iejunando, Fratres ve-  
rò Mendicantes et si tantum iter nō  
faciant ut excusentur à iejunio, pos-  
sunt ex priuilegio transferre ieju-  
nium Regulare in aliud diem, non  
autem Ecclesiasticum, ut Vigiliae,  
&c. *tom. 2. quest. 100. art. 3.*

Fratres Minores ex vi Regulæ  
præcepto tenentur ad iejunandum  
Quadragesimam, sed non alia ieu-  
nia Ecclesiæ, v. g. Quatuor tempo-  
rum, Vigiliarum, &c. Ergo profes-  
si annos 20. nondum habentes, nullo  
præcepto ad illa tenentur. *art. 4.*  
& 6.

Ieiunia Regulæ Fratum Mino-  
rum iejunanda sunt cibis Quadra-

gesi